



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XXXI. Ad Eustochium. Nullus imperitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

li, aescientes cibi, tremens interdum manus, nudigingivis dentes, & inter cibos cadentes. Ad hæc torminibus & aculeis stomachi podagra que & chiragra doloribus sæpe torquetur: ita ut ne stylum quidem aut calamum tenere queat, ut suis pedibus non possit incedere: magna que parte vitæ videatur esse truncata, & multis membris præmorta. Cum hæc ita se habeant, in malorum comparatione tolerabilius sustinebo morbos, dummodo unâ & gravissimâ dominâ libidine caream. Patitur quidem & senectus nonnunquam incentiva vitiorum: nullusque juxta sanctum martyrem Cyprianum diu tutus est periculo proximus. Sed ALIUD est titillari, aliud obrui voluptatibus. Ibi cum Apostolo adoleſcentia loquitur, quæ novit virentis corporis necessitates: Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod nolo malum, illud facio. Et: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Hic autem raro inter emortuos cineres scintilla subluſcens reviviscere nititur, & tamen incendia non potest suscitare. Quamobrem Pammachi, cano jam mecum capite, impetra mihi à Domino, ut comitem mihi merear habere sapientiam, de qua scriptum est: Ama illam, & servabit te: honora illam, & amplexabitur te.

Cypr.

Rom. 7.

Prov. 4.

XXXI. Hieronymus Eustochio virgini. Consolatur se testimonio paucorum verè amantium, contra Lavinium esuſque similes amulos & obtreſtatores frequentes.

Nullus imperitus scriptor est, qui lectorem non inveniat similem sui: multoque pars major

major est, Milesias fabellas revolventium, quae chij a  
 Platonis libros. In altero enim ludus & oblectamur  
 tio est, in altero difficultas & sudor mixtus laboriosa  
 Denique Timaeum de mundi harmonia, affertur  
 rumque cursu & numeris disputantem, ipse enim  
 interpretatus est Fullius, se non intelligere coram  
 tetur. Testamentum autem Grunnij, Corocora  
 ra, Porcelli decantant in scholis puerorum agnoscunt  
 na cachinnantium. Igitur & noster Luscius L. aliorum  
 viniu fruatur testibus, imò fautoribus suis, va  
 catque multitudine, quia forsitan vincit ingenio  
 M I H I sufficit paucorum testimonium, & am  
 corum laude contentus sum, qui in expetendis  
 opusculis meis amore nostrilabuntur, & studi  
 scripturarum. Ac nonnullos fore arbitror, qui  
 hoc ipsum, quòd ad te Eustochium, sermone  
 nem facio, obrectationi parere contendant  
 non considerantes Holdam, & Annam, ac Delbe  
 ram viris tacentibus prophetasse, & in servitio  
 te Christi nequaquam differentiam sexuum vi  
 lere, sed mentium.

Lavinus.

4. Reg. 22

1. Reg. 2.

Judic. 4 v.

Coloss. 3.

XXXII. Hieronymus Eustochio virgini. Cuius  
 dicat suos in Ezechielem commentarios, stim  
 mula, tristem amicorum Roma sta  
 tum deplorat.

**F**initis in Isaiam decem & octo explanationum  
 voluminibus, ad Ezechiel, quod tibi & sanctae  
 memoriae matris tuae Paulae, o Virgo Christi Eus  
 tochium saepe pollicitus sum, transire cupiebam  
 & extremam (ut dicitur) manum operi imponere  
 prophetali. Et ecce subito mors mihi Pamme  
 chij